UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Decretum Gratiani

## Gratianus <de Clusio>

## Parisijs, 1542

Uigesimaquarta c[aus]a h[abet] q[uesti]ones iij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62466

Visual Library

li:m. Scdm canones eſt ſciendum q̄ iuxta legis tenorē incendiarij ſpontanei varie plectunt. vel enim nouiſſimo infortunio notantur, vel deportantur, vel alio modo forte puniuntur. Uel dic q̄ princeps non punit incēdiarios ſm legis rigorem occidēdo, ſed deportando, vel alia clementiori pena plectendo. ideo archiepi et epi cōſulunt. ſz.l.cor.de ſica.punit capite ſi nobilis eſt.ff.ad.l.cor. de ſica.ſi qs dolo. ignobilis ſupponit beſtijs, bonis proſcriptis. ff. de incen.l. vlti.et hoc quando dolo fecit incendiū. alias ſufficit damna reſtituere: vt.ff. eo.ti.qui edes.

Q Uicūq̄ percutit. ¶ Caſus. Queſituz fuit ab Augu. vtrū iudicetur homicida qui criminoſos interficit vł debilitat Et reſpondet: ſi iudex eſt poteſtatem

vij. ps de hoc habens, miniſter dei eſt. ſi ꝟo poteſtatē nō hz de hoc, velut homicida reputatur.

a ¶ In eo q̄ mali ſunt.ꝫ.e.qō.v. qui malos.ꝫ.e.qōe.iiij. duo iſta.

b ¶ Cauſam.ꝫ.e. q.iiij.ea vindicta.

c ¶ Sacrilegum. Ergo ſacrilegi ſm canones ⁊ fures capite puniuntur: vt ꝫ.e. queſtio.v.homicidas.

d ¶ Uelut homicida.vt ex̄ d homi. ſi aliquis.C.quando licet vnicuiq̄.l.j.Jo.de fan.

Item Auguſt.in libro de ciuitate dei.

¶ Homicida eſt qui publicā functionē non habens aliquē occidit vel debilitat.

Q Uicunq̄ ꝑcutit malos in eo [a] q̄ mali ſunt, ⁊ hz cauſam [b] interfectionis, miniſter dei eſt. q̇ vero ſine aliqua publica adminiſtratiōe maleficum, furē, ſacrilegū [c], ⁊ adulterū, ꝑiurū, vel quēlibet criminoſum interfecerit aut trucidauerit, vel mēbris debilitauerit, velut homicida [d] iudicabitur, ⁊ tanto acri⁹ quāto nō ſibi a deo ꝯceſſaz poteſtatē abuſiue vſurpare nō timuit. De his autē q̇ ſimul hominē vulnerāt, querit ſi ille mortu⁹ fuerit, q̇s eoꝝ homicidij reatū incurrat? De his ita ſtatutū eſt in cōcilio apd vermerias.

¶ Si plures ꝯtra vnū rixent, qua pena quiſq̄ eoꝝ feriat.

S J q̄tuor hoīes aut quiq̄, ſeu etiā plures ꝯtra hoīem vnū rixati fuerint, ⁊ ab his vulnerat⁹ mortu⁹ fuerit: q̇cūq̄ eoꝝ [e] plagā ei īpoſuit ſm ſtatuta canonū vt homicida iudicet; reliq̇ autē q̇ eū impugnabāt [f] volētes [g] eū interficere, ſimilr [h] peniteāt. q̇ nec eū impugnabant, nec vulnerabāt, nec auxilio cooꝑatores fuerūt, ſed tm̄ affuerūt, extra noxā [i] ſint.

¶ Cauſa.xxiiij.

Q Uidā epſ in hereſim lapſ⁹ [k] aliquos de ſacerdotibus ſuis officio priuauit, ⁊ ſentētia excōicatiōis notauit. poſt mortē accuſat⁹ de hereſi dānat, ⁊ ſequaces ei⁹ cū oī familia ſua. Hic primū querit an lapſus in hereſim poſſit aliquos officio priuare, vel ſentētia nodare? Scdo, an poſt mortē aliquis poſſit excōicari? Tertio, an ꝑ peccato alicui⁹ tota familia ſit excōmunicanda?

¶ Queſtio.j.

Q Uod autem [l] ab heretico aliqs deponi aut excōicari non poſſit, facile probat. Qis em̄ heretic⁹ aut iam dānatā here-

f ¶ Impugnabāt Nec tn̄ ꝑcuſſerūt.

g ¶ Uolentes. nā homicide tales ſūt de pe.diſt.j. periculoſe. Item pone q̄ me rixāte cum aliquo, frater me⁹ eū interfecit cōtra voluntatē meā an imputabit mihi? non, ar.j.q.iiij.q: preſulat⁹.ex̄ de cle. percuſ.p̄ſentiū.

h ¶ Similiter.ar. de pe.diſt.j.ſi cui.

i ¶ Extra noxā. ſi ei ſubuenire nō poterant.ꝫ.e.q.iij.ca. vlti.Jo.

Q Uidam epſ. ¶ Caſ⁹. Supra in.xxiij. cauſa tractatū eſt de hereticis. Sed q: hereticorum quidam ſunt manifeſti, quidam vero occulti: ⁊ quandoq̄ excommunicat eccleſia hereticos, quandoq̄ catholicos: iō Gratian⁹ ſubnectit hāc cauſā.xxiiij. in qua tractat de omnib⁹ iſtis: que vt compe tentius oſtendat, thema proponit: de quo tres elicit queſtiones.

k ¶ Quidam epſ in hereſim lapſus ꝫ.xxiij. cā tractatū eſt de hereticis: ſed qm̄ hereticorū quidā ſunt manifeſti. quidam occulti: et eccleſia excōicat qn̄q̄ hereticos, qn̄q̄ catholicos: ideo de huiuſmodi ſubdit tractatum.

Q Uod aūt. ¶ In hac.q. magiſter intēdit ꝓbare per ꝯ.xlij.c. q̄ heretic⁹ vel ſchiſmaticus vel excōicat⁹ aliū dānare nō poteſt, ſi tn̄ ſibi ꝓbare poſſit. Jo.de fan.

¶ Caſus. Hic ꝓponit.j.q. qua querit an heretic⁹ poſſit aliū deponere, ſuſpendere vel excōicare? Sed ſm Grat. diſtinguit ſi incidit in dānatā hereſim, nullum damnare vel excōicare pōt: vt.j.e. audiuim⁹. Si vero nouā confingit hereſim: anteq̄ de ea damnet ſuſpēdere vł excōicare pōt: vt.j.e.§.ſi autē.in prin. ⁊ ar.j.e.achati⁹. q: adhuc tolerat ab eccł'ia. Tu aūt dicas indiſticte: q: ſiue veterē ſiue nouā ſeqt, excōicat⁹ ē: vt in ꝯci.latera.excōicam⁹. ⁊ iō aliū excōicare nō pōt. Et ꝓcedit hoc ordine Grat. Primo ꝓbat q̄ heretic⁹ nullū valeat cōdemnare: vſq̄ ad §. his authoritatibus. innuendo diſtinctionē ſuam. Deinde ꝓbat contra. tandem dat ſolutionem.

l ¶ Quod autem. In hac queſtione dicunt quidam

¶ De his. ¶ Hec eſt.vij.pars ſm Jo.de fan.

¶ Caſus. Quia ſupra facta fuit mentio de homicidio: ideo nunc querit Gratia. ſi plures ſimul vulnerant aliquem ⁊ poſtea moriatur, quis eorū reatum homicidij incurrat? Cui queſtioni ſequens ca. reſpondet.

S J quatuor. ¶ Caſus. Quatuor vel plures quendā vulnerauerunt, ⁊ mortuus eſt: quare queſitū fuit in concilio quis eorum reatum homicidij incurrat? Et reſpondetur q̄ quicunq̄ ei plagam impoſuerit, vt homicida iudicetur: reliqui vero qui eum interficere volebāt, ſimiliter peniteant. qui vero nec conſilium nec auxilium dedit, non eſt in culpa.

e ¶ Quicunq̄ eorū. Hoc eſt propter incertitudinem q: neſcitur cuius ictu perijt. ſic.ff.de eiec.et effu.l.ij.§.vlti. ⁊ l.ſeq.et.ff.ad.l.aquil.ita vulnerat⁹.in fin. Sed pone certum eſſe q̄ de vulnere meo non eſt mortuus: nunquid cenſebor homicida? ſm leges certum eſt q̄ non: argu.ff. ad.l.aquil.huic ſcripture. nam vulnus vniuſcuiuſq̄ contemplandū eſt.ff.ad.l.cor.de ſic.l.vlti. idem videtur ſm canones.argu. extra de cle.percuſ.c.ij. Contrarium tamen credo, argu.l.diſt.ſi quis poſt. ſufficit em̄ q̄ ſumpſit arma, licet non occiderit ipſe, ſed alius: vt extra de cle.percuſ.c.preſentium.et.c.continentia.

Homicida eſt etiam q̇ non occidit.

Idem credo Laur. arg. huius ca. ſi quis poſt. Sz.xxiij.q.v. ubi de cetero lex ſacra dicit. rit. et q̇s non extra de homi. ſi aliqs vbi de hoc.

Heretici ſunt duplices.

Excōicare nō pōt hereticus hereticum.

ꝙ ſi hereticus excōicat aliū hereticū, valet.j.e.quiſquis. ſed qualiter intelligaṫ illud ca.dicit.§.q̄ ſequiṫ illud ca. Alij cum Gratiano diſtinguunt an veterē hereſim iam dānatā ſequaṫ:ꝛ tunc nō valet.an nouā cōfingat:ꝛ tunc pōt:ar.j.e.achatius.ꝛ.j.e.§.ſinautē.in prin.qꝛ adhuc toleratur ab eccl'ia. obuiat regula illa qꝛ par parē ſoluere vel ligare non pōt ex̄ de elec.innotuit.qꝛ ſi papa hereticus eſt.in eo ꝙ hereticus eſt,eſt minoꝛ quolibet catholico.xij.q.j.ſcim⁹. quia lex factū notat etiā ſine ſnia.ff.de ri.nup.l.palā.§.vl.Et eſt hic ar.ad queſtionē de feudo puta iurauit eps ꝙ nō infeudaret de nouo. videṫ ꝙ poſſit dare vetus.qđ cōcedo in dubio cum non cōſtat quid intellexit cū iurauit. ex̄ de feu.c.ij.

Sȝ tu dic indiſtincte ꝙ ſiue veterem ſiue nouā ſequaṫ, excōicat⁹ eſt, lȝ ſit occult⁹:ꝛ ideo aliū excōicare non pōt. ex̄ de here.ad abolendam. ꝛ.c.excōicamus.alia tñ que agit,tenēt dū toleraṫ:† arg.ȝ.iij.qō ne.vij.§.tria. Sed et ſnia excōicationis quā tulit,tolerāda eſt dū ipe eſt occult⁹,licet ſit nulla,argu.predi.§.j. ex̄ de iure pa.conſultationibus.

† Idez ſent Jnnoc. ex̄ de elec. nihil.

a ¶ Qui ꝟo. Hec diſtinctio hodie locū nō hȝ,qꝛ ois hereſis eſt dānata, ꝛ ois heretic⁹ eſt excōicatus, q̄ntocūqȝ ſit occultus:ꝛ ideo nō pōt alios excōicare. vnde ſi ſcirez prelatū meum eſſe hereticū qꝛ nouam fingit:nec tñ predicaret: ſi me excōicaret, celebrarē in occulto, ſed non in apto:qꝛ cū non poſſem ꝓbare eū eſſe hereticū,ſic me nō excōicatū deponeret. Sȝ q̄d de alia ſnia:idē: q̄a nulla eſt ſnia quaȝ tulit: ſed tñ tolerabitur poſtea:argu.iij.q.vij.§.tria eadē dic et de ſchiſmatico: marie cuȝ ſchiſma non poſſit eſſe ſine hereſi, ‡ niſi forte in ſummo pontifice: vt ſi duo crearentur, ꝛ vterqȝ crederet eccleſiam apud ſe eſſe. vij.q.j.factus. ‡

hereticus ois ē excōicatus.

‡ Iſtā glo. dt eſſe ſingu. ab. j. c. qꝛ diligentia, de elec. ad hoc ꝙ incidens in ſchiſma ſi credit papatū eē apd illuȝ cui adheret:non eſt hereticus.

‡ Uide q̄s leg. et no. j. c. q. dicimus. in pñ.

qui vero [a] hereſim iā dānataȝ ſequiṫ:ei⁹ dānationis ſe participē facit. Uñ cū achati⁹ abſqȝ ſynodali authoritate ab apoſtolico ſe dānatū q̄rereṫ,cōtra eū gelaſius ſcribit dicens.

¶ Qui in iam damnatā hereſim labitur,eius damnationis ſe participem facit.

A Chatius nō eſt factus inuentoꝛ noui erroꝛis ſed veteris imitatoꝛ,atqȝ ideo non erat neceſſarium [b] vt aduerſus eum noua ſentētia prodiret,ſed antiqua tantummodo reuocareṫ. fact⁹ ſum itaqȝ executoꝛ veteris cōſtituti non promulgatoꝛ noui. quicunqȝ enim in hereſim [c] ſemel damnatā labitur, eius dānatione ſeipſum inuoluit. Idem.

¶ Non eſt retractādū quod ſemel ſynodus ſtatuit contra vnanquāqȝ hereſim.

M Aioꝛes noſtri diuia inſpiratiōe cernētes neceſſario precauerūt vt qđ contra vnanquāqȝ hereſim coacta [d] ſemel ſynod⁹ ꝓ fidei communione ꝛ veritate catholica atqȝ apl'ica ꝓmulgaſſet,nō ſinerent [e] nouis [f] poſt hec retractationib⁹ mutilari:ne prauis occaſio prebereṫ q̄ medicinaliter fuerāt ſtatuta,pulſādi:ſed authoꝛe [g] cuiuſlibet inſanie ac pariter erroꝛe damnato,ſufficere iudicauerunt vt quiſquis aliquando huius erroꝛis cōicatoꝛ exiſteret, principali ſententia dānationis ei⁹ eſſet obſtrictus. Sic ſabelliū damnauit ſynodus: nec fuit neceſſe vt eius ſectatoꝛes poſtea damnarentur:ſed pro tenoꝛe cōſtitutionis antique qui vel prauitatis [h] illius vl' communionis [i] extiterint participes, vniuerſalis eccleſia duxit eſſe refutādos. Sic arriū,ſic et eunomiū macedoniū,neſtoꝛiū ſynodus ſemel geſta cōdemnans,vlterius ad noua cōcilia venire nō ſinit [k]. Item Felix papa.

¶ Non vltra in eum procedere opoꝛtet qui i hereſim damnatam recidit.

A Chatius [l] non fuit noui vel propꝛij inuentoꝛ erroꝛis,vt in eum noua ſcita [m] prodirent, ſed alieno facinoꝛi ſuā cōmunionē miſcuit. itaqȝ neceſſe eſt vt in illaȝ recideret iuſta lance [n] ſentētiā,quā cum ſuis ſucceſſoꝛibus per cōtinuētiā ſynodalem ſuſceperat authoꝛ erroꝛis. Si ergo epiſcopus ille in hereſim iam dānatam lapſus eſt, antiqua excōmunicatione damnatus alios dānare non poterat. Excōicatus eñ alios excōicare nō valet. Unde Alexand.ij.ſcribit

M Aioꝛes nr̄i. ¶ Caſ⁹. Sancti patres ſtatuerunt vt ex quo authoꝛ hereſis in ſynodo ſemel cōdemnareṫ,nō eſſet op⁹ ſynodū iterū ꝯgregari ad cōdēnationem eoꝝ qui eū ſequūtur:cū in hereſim ſemel dānataȝ inciderint:ſed oēs principali ſnia cuȝ ſuo authoꝛe teneātur:nec dȝ talis ſētētia ſemel lata iterū retractari.ꝛ hoc probat quinqȝ exē plis ſcȝ ſabellij,arrij,eunomij, macedonij,ꝛ neſtoꝛij.

d ¶ Coacta.i.coadunata, iuxta illud. Tityre coge pec⁹. ꝛ alibi:Cogite oues pueri ꝛc̄. ꝛ lex dicit fruct⁹ coactos.ff.ſolu.mat. diuoꝛtio. ver. coactis vindemijs.

e ¶ Non ſinerēt. ȝ.vj.q.iiij.qđ bñ.ꝛ xxv.q.ij.cū pie. C. de ſum tri.nemo.

f ¶ Nouis.ȝ.xj. q.iij.quis neſciat.

g ¶ Sed authoꝛe. Sufficit eñ dānare authoꝛē.nam damnato arnoldo oēs arnoldiſte dānati ſunt.extra de here.ad abolendam.

A Chatius. ¶ Caſus. Gelaſi⁹ ſynodo nō cōgregata achatiū ꝓpter hereſim cōdēnauit.de quo cū achatius conquerereṫ, ſcripſit gelaſius ꝙ nō fuit op⁹ ꝓpter hoc ſynodū cōgregare, vt noua ꝯtra eum ſnia prodiret: ſed vetus tantū confirmaretur,qꝛ in hereſim iam damnatam lapſus erat. Dicit ergo,factus ſum ſtatuti ſtateris executoꝛ,et non noui promulgatoꝛ.

b ¶ Neceſſarium.poſſet tamen ferri:argu.extra de poſtu.ad hoc.in parte deciſa.

c ¶ In hereſim.hic eſt caſus in quo papa papā pōt ligare: in quo papa in canonē late ſentētie īcidit. nec huic

Papa papam ligare pōt.

h ¶ Uel prauitatis.poſt moꝛtem.

i ¶ Uel communionis.in vita.

k ¶ Non ſinit. vt temere de fide diſputēt. nā ſi coꝛrecti redire vellent,admitterenṫ. † ȝ.pxi.q.vj.c.j. Sed q̄ ita incidūt in hereſim iam dānatā,a quo abſoluanṫ:ab epo vel ſuo ſuperioꝛe.arg.ȝ.pxi.q.iiij.ipſa pietas. Jo.

† Nam reconciliatiōis cā impetrande admitterenṫ. ȝ.ij.qō.vij. ꝯuenientib⁹.

l A Chatius.ȝ.xix.diſt.anaſtaſius.

m ¶ Scita.i.ſtatuta.vnde dicit.c.ſcitis obtemperat.iij.q.vij.iudicet.

n ¶ Lāce.i.rōne.al's idem appellat ſtaterā.xlv.diſ.ois

¶ Si ergo. ¶ Caſus. Nunc Grat.concludit ex ſupradictis dicens ꝙ iſte eps de quo.ȝ.in principio thematis

dictum eſt, cum in hereſim iam damnatam lapſus eſſet alios excommunicare non potuit. excōmunicatus enim, alios excommunicare non poteſt.

Audiuimus. ¶ Caſus. Archiepo Rauennas hereticus et excōicatus, Ualerianum epm excōicauit, quod cū Alexāder ſcōs audiſſet, ſcripſit valeriano epiſcopo vt de illa ſententia nō curaret, abſoluendo de facto abſoluendos, id ē abſolutos: vel abſoluēdos, id eſt non ligatos.

a ¶ Qr excōicatus. Et ita excōicatus nō pōt excōicare: ſed ſuſpēſus excōicatur. xj. qōe. iij. §. euidēter. Nunquid ergo excōicare pōt? dico ſferre an ſit ſuſpēſus ab officio vel iuriſdictione. nam ſi ab officio tantū, ea non poterit que officij ſui ſunt, puta celebrare et ſilia: ſz ea poterit que iuriſdictionis ſunt: vt dare prebendā, et excōicare: qr hoc iuriſdictionis eſt. extra de elec. trāſmiſſam. et de cle. excō. miniſt. ſi celebrat. Ecōtra eſſet ſi ſuſpenderet a iuriſdictione, ⁊ nō ab officio: qa poſſet ea q̄ eſſent officij: nō autem que ſunt iuriſdictionis. Si autē ab vtroqꝫ, tūc neutrum. extra de conceſ. preben. quia.

b ¶ Non potuit. Non eſt contra. ſ. xj. qōe. iij. plerūqꝫ. nam ibi de alio malo, nō heretico, vel ibi de occulto. ſ. xj. qōe. iij. excellentiſſimus. ſ. xj. qōe. iij. ſi quis confugerit. ſ. xvj. diſtin. concubine. ⁊. ſ. xxiij. diſtin. quorūdā. ſ. xj. q. iij. ſi eps. ſ. xj. q. iij. contra. ij. q. vj. §. item ſi plures.

c ¶ Abſoluendo. i. abſolutos eſſe oſtēdendo. i. nō ligatos. ſiſis expoſitio eſt. C. de leg. he. l. ij. ſic. xj. qō. iij. excellentiſſimus. xv. q. vj. authoritatē: vel dic abſoluēdo. ſ. de facto. ſic. ſ. j. q. j. ſi qs cōfugerit. xvij. diſ. cōſilia. xxiij. diſt. quorundam. ⁊ ex̄ de appel. ad preſentiā. ij. q. j. primates. Sed contra. ij. q. vj. §. item ſi plures.

¶ Sinautē ¶ Caſus. Hactenꝰ oñdit Gra. de eo q̄ incidit in veterē hereſim. Nunc vero dicit de eo q̄ nouā cōfingit qui ab eo tpe quo talia predicare cepit: ſi ꝓpter hoc fuerit excōicatus, ptātem ligandi vel abſoluendi nō habet. que poteſtas veris ⁊ nō falſis ſacerdotibꝰ a deo tributa fuit. Qđ tribꝰ rōnibus probat. Prima eſt qr ipſi heretici ſpiritū ſanctū non habent: quod quatuor authorita. ꝓbat. Scđa rō eſt, qa ipſi ſunt extra eccleſiā: ⁊ ideo aliquem cōdemnare non debēt vel non valent. qđ quinqꝫ authoritatibꝰ probat. Tertia ratio eſt: quia ille qui benedicit et maledicit, maior eſt eo cui benedicit vel maledicitur, et ideo hereticus in catholicum tanqꝫ in ſuperiorē ſniam dictare nō poteſt. in hereticū ꝟo tanqꝫ inequalē ſniam ferre non pōt. Prima ratio incipit ibi: Ligandi nāqꝫ. Scđa ibi: Cuz ergo pctā dimittere. Tertia ibi: Uel potius.

Actu. ij. a.

f. Cor. xij. a.

Joan. xv. c.

† abſoluēdos

Suſpēſus qđ interim exercere pote rit.

Joan. xx. f.

Ualeriano epo ⁊ martyri.

¶ Excōicatus alium excommunicare non poteſt.

Audiuimꝰ qꝫ hereticus Rauēnas dictꝰ archiepſ niſus ſit te excōicare. verū quia excōicatus[a], te excōicare nō potuit[b]: aplica authoritate te tuoſqꝫ abſoluendo[c] † mandamus exinde nunqꝫ curare. Si autem de corde ſuo nouā hereſim[d] confinxerit: ex quo talia predicare cepit, neminem dānare potuit: qr nec pōt deijcere queqꝫ iā proſtratus[e]. ligandi nāqꝫ vel ſoluendi poteſtas veris[f] non falſis[g] ſacerdotibus a dño tradita eſt. Aplſs enim dicturus. Quorum remiſeritis pctā ⁊c. premiſit: Accipite ſpiritum ſanctuz. vt euidenter cunctis oſtenderet eum qui ſpiritū ſanctū nō habet, peccata non poſſe tenere vel remittere. Porro ſpiritum ſanctum nemo niſi intra eccleſiam accipit: qr ⁊ ipſam vnitatem per gratiam facit. Unde nō niſi cōgregatis in vnum dictū eſt: Accipite ſpm̄ ſanctū. nec niſi ſuper congregatos in vnum die pētecoſtes deſcendit ſpiritus ſctūs. Sicut autē extra eccleſiam nō accipit: ita extra eam nihil operat. Cū ergo (ſicut aplſ ait) ſpiritus ſanctus poſtulet[h], ſpiritus ſctūs impetret[i]: extra eccleſiam nec impetrare facit nec poſtulare. Unde dñs dicturus: Quodcunqꝫ petieritis ⁊c. premiſit: Si duo ex vobis conſenſerint ſup terrā ex omni re ⁊c. et iterum. Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomīe meo, ibi ego ſum in medio eorū. nimirum cunctis oſtendēs ſe non habitare in cordibus eorū qui ſuperbie ſingularitatez ſecuti a corporis Chriſti cōpage ſemetipſos abrumpūt. In quibus aūt Chriſtus nō habitat, in eis ſpūs ſctūs mētium ſciſſuras refugiēs locum non hꝫ. Cum ergo peccata dimittere vel tenere, excōicare vel recōciliare opus ſit[k] ſpūs ſancti et virtus Chriſti, apparet qꝫ hi qui extra eccleſiam ſunt, nec ligare poſſunt, nec ſoluere: nec recōciliando eccl'iaſtice cōioni reddere: nec excōicādo eiꝰ ſocietate priuare: qua ipſi hereſi vel ſchiſmate polluti ſine ſnīa notati, penitꝰ carere ꝓbātur. Unde cū oībus diſcipulis parē ligandi atqꝫ ſoluēdi ptātem dñs daret, Petro[l] ꝓ oībꝰ et pre omībus[m] claues[n] regni celoꝝ ſe daturū ꝓmiſit dicēs. Tibi dabo claues regni celorum. Quicūqꝫ ergo ab vnitate eccl'ie (que per Petrū intelligitur) fuerit alienꝰ: execrare[o] pōt, ꝯſecrare nō valet[p]: excōicationis vel reconciliationis poteſtatem non habet. Unde aplſ cum fornicatorē Corinthiū excōicādum ſcriberet, ait Ego quidem abſens corpo-

d ¶ Hereſim. hoc fuit de ca. ſ. e. ait celeſtinꝰ. ſz hodie nihil eſt: vt. ſ. e. §. j.

e ¶ Iam ꝓſtratus. Per hereſim.

f ¶ Ueris. i. catholicis, ſcz toleratis † ab eccleſia, ſiue ſint boni, ſiue ſint mali arg. xj. q. iij. iulianus.

† Dic melius toleratus ligare [...] de off. iij. q. [...] §. [...] ſ. j. q. [...] ſi fue rit. ar.

g ¶ Nō falſis. i. iam p ſniam damnatis. vel malis de vite merito. et ſophiſtice iducit omnia in hoc §. nā omnia referas ad vite meritū, ſicut. ſ. j. q. j. gratia.

h ¶ Poſtulet. i. poſtulare faciat.

i ¶ Impetret. i. ipetrare nos faciat.

Mat. xviij. c.

j. Cor. v. a.

k ¶ Opus ſit. Dic verum quo ad deum: ſed quo ad eccleſiam non: cum faciant hoc etiā mali. ideo non facit ad rem quod inducit.

l ¶ Petro. Hoc dicit vt notetur vnitas.

m ¶ Et pre oībus. Hoc dicit vt notetur prelatio.

n ¶ Claues. Quid Petro datum fuerit cum his clauibus, habemus. xx. diſtin. §. j.

o ¶ Execrare. ſ. eo. pudenda.

p ¶ Non valet. Conficit tamen etiā extra eccleſiam ſi

re, preſens autē ſpiritu, iam iudicaui vt preſens eum q̄ ſic operatus eſt in nomine dñi noſtri Jeſu Chriſti, congregatis vobis ⁊ meo ſpiritu cū v̾tute dñi noſtri Jeſu Chriſti tradere huiuſmodi hominē ſatane in interitū carnis. in quo formā excōmunicationis oſtendens docuit nō niſi fidelē et a fideli notandū. In nomine nāq̄ȝ dñi atq̄ȝ ei⁹ virtute cooperāte non niſi fidelis aliq̄d operari valet: cum nemo poſſit dicere [a] dñs Jeſus, niſi in ſpiritu [b] ſancto. Itē cum dñs ꝓhibeat agnum comedi extra catholicā eccleſiam: qui ꝓfeſſione fidei ab ea ſunt alieni, ab eius participatione quā ſuo arbitrio reliquerunt, non repellunt̃, ſed abire permittunt̃: ſicut illi q̄ audientes, Niſi mādücaueritis carnē filij hominis, et biberitis eius ſanguinē ⁊c̄. dixerūt: Durus eſt hic ſermo, ⁊ quis poteſt eū audire? atq̄ȝ ita abierūt retrorſum, non repulſi, ſȝ abire permiſſi. Hinc etiam apoſtol⁹ cū de excōmunicādis ageret: p̄miſit: Si quis frater ⁊c̄. de infidelibus autē ita ſupponit, dicens: Eos qui foris ſunt, domin⁹ iudicabit. De his autem qui intus ſunt, nobis iudicium cōmiſit. Sicut autem ex eo ꝙ apoſtolus ait: Si quis frater, et ex his que de infidelibus et fidelibus ſuppoſuit, apparet nō niſi fidelē excōmunicādū: ita ex eo [c] ꝙ fidelib⁹ tātum hoc ſcribitur: vel poti⁹ [d], quia ſicut ille qui benedicit, maior eſt eo qui benedicitur: itaq̄ ex officio maledicit, maior [e] eſt eo q̄ maledicitur: liquido conſtat eum qui ab integritate catholice fidei recedit, maledicēdi vel benedicendi poteſtatem minime habere. catholicū nāq̄ȝ, vtpote ſe ſuperiorem, maledicere nō valet: in alienū a fide tanq̄ȝ in ſibi equalē ſententiam dare nō poteſt. Hec autē que de hereticis atq̄ȝ ſchiſmaticis vel excōmunicat̄ dicta ſunt, videlicet ꝙ ligandi vel ſoluēdi poteſtatē nō habeāt: multoꝝ authoritatibus ꝓbantur.

Ait enim Leo papa.

**Non ſoluit̃ vel ligatur, niſi qd̄ authoritas beati Petri ſoluerit vel ligauerit.**

Manet ergo Petri priuilegiū vbicūq̄ȝ ex ipſius equitate [f] fertur iudiciū. nec nimia ſeueritas vel remiſſio [g] eſt vbi erit nihil ligatū vel ſolutū, niſi [h] quod beat⁹ Petr⁹ [i], aut ligauerit aut ſoluerit.

Item Aug. ſuper Joannē.

**In ꝑſona Petri, ligādi ⁊ ſoluedi eccl'ia poteſtatē accepit.**

Quodcūq̄ȝ ligaueris ſuper terrā, erit ligatū [k] et in celis. ſi hoc Petro tantū dictū eſt, nō hoc facit eccleſia [l]. ſi autē et in eccleſia fit, vtiq̄ȝ q̄ in terra ligant̃ et in celo: et q̄ ſoluuntur in terra, ſoluta ſunt et in celo: q2 cū excōicat eccleſia in terra, in celo ligatur excōicatus. cum recōciliat [m] eccleſia, ⁊ in celo ſoluitur recōciliatus. ſi

formam obſeruet: quia hoc ordinis eſt: quem retinet recedens ab vnitate eccleſie. j. qōe. j. quod quidam. ſed non poteſt excōmunicare: quia hoc iuriſdictionis eſt: quam dimittit qui recedit: vt. j. q. j. remiſſionem.

a Dicere. corde, ore, opere. de pe. diſt. j. non tibi dico.

b Niſi in ſpiritu. id eſt niſi ſit ſeruus eius. id eſt niſi habeat ſpiritū ei⁹. oēs enim ſum⁹ ſerui dei. de conſe. di. ij. inuitat.

c Ita ex eo. ſupple appareat a fidelibus iudicandū vel excōmunicandum. ⁊ ita perſona cui ſermo dirigit̃, non intelligitur excepta: arg. xxvj. diſtin. deinde. ⁊ nota. xxij. q. ij. primū. pro et contra.

Dñs ſer uiſum⁹ oēs.

d Uel potius. Alia eſt ratio quare talis non poſſit ſoluere vel ligare.

e Maior. ℥. diſ. xx. inferior.

Manet ergo. Caſus Dicitur in hoc cap. ꝙ priuilegium petri manet tunc firmū cum per eum equa fertur ſententia. et tūc equa fertur cū nec nimia ſeueritas vel remiſſio interuenit: ex qua ſētētia nihil ſoluitur vel ligatur niſi petri authoritas interueniat. Nec nimia, hec eſt expoſitio precedentis. id eſt tunc fit ex equitate, et manet priuilegium petri, vbi nec nimia ⁊c.

Joā. vj. f. — j. cor. v. d. — Ibidē. — j. Cor. v. a.

f Equitate. argu. ꝙ ſententia iniuſte lata non tenet Sed cōtra. xj. q. iij. ſi epiſcopus forte. Sed hoc dicitur de ſententia qua quis ligat̃ quo ad deū, non quo ad eccleſiam. ſed etiam illa quādoq̄ȝ nō tenet. † De hoc no. diſ. diſcipli=na. eca. omnis. eca. ſi=cut nā= extra de ſenten. excom. per tuas.

g Uel remiſſio. quia vtrūq̄ȝ vitium eſt. † ff. de penis. l. reſpiciendum.

h Niſi. i. niſi id quod iuſte fuerit ⁊c.

i Petrus. i. eius authoritas ⁊c. Jo.

Quodcūq̄ȝ. Caſus. Probat Aug. in hoc ca. ꝙ eccleſia tantum habet poteſtatem ligandi et ſoluendi, quia ſoli petro dictum eſt quodcunq̄ȝ ligaueris ⁊c. Jam eccleſia non haberet poteſtatem ligādi ⁊ ſoluendi. quod falſum eſt. ſi autem hoc fit in eccleſia: que ligant̃ vel que ſoluuntur in terra, erunt ligata vel ſoluta in celo. Unde cum per eccleſiam hoc fiat, petrus quando claues accepit, ſanctam eccleſiā ſignificauit: per quem boni in eccleſia ſignificantur, ſicuti per iudam mali. et qualitercunq̄ȝ ante iſte caſus poſitus fuerit ego bartho. brixi. eum ſic poſui: q2 caſus iſte litere cōſonat.

k Erit ligatum. ligari dicitur in celo per approbationem, ſcilicet quando iuſte fertur ſententia. de peni. diſt. j. quem penitet. ℥. diſt. xx. §. j. Jo. — Papa ligat i celo p approbatione.

l Facit eccleſia. Sed nōne pri⁹ erat ligatus apud deum: vt. j. qō. j. vt euidēter. ī. ea. qſtio. iij. ſi quis nō recte? ⁊ ita videtur ꝙ nulla poteſtas Petro collata ſit vel eccleſie per hoc quodcunq̄ȝ † ⁊c. nam et nullius poteſtatis vim exercet. de peni. diſtinctio. j. verbum, ſed tantum oſtēdit ligatum eſſe vel ſolutum: vt xv. queſtione. j. nec is Dic ꝙ quo ad eccleſiam triumphātem nullius poteſtatis vim exercet: ſed tantum oſtendit ligatum eſſe vel ſolutum. ſed tamē habet aliam poteſtatem qua ligat quo ad eccleſiam ‡ militantem: vnde quandoq̄ȝ eum ligat q̄uis iniuſte vt xj. q. iij. c. j.

† hoc hī. j. e. q. ij. c. ij. vbi de hoc. — Eccl'ia eſt duplex. Mat. xvj. c. — ‡ De hoc vide qd̄ le. ⁊ no. xix. diſt. ca. peñ.

m Reconciliat. Argu. ꝙ ſententia totius eccleſie preferenda eſt ‡ Romane ſi in aliquo ſibi contradicant: argu. xciij. diſtinctio. legimus. Sed contrarium credo, argumen. ī. e. hec eſt. niſi erraret Romana eccleſia. quod non credo poſſe fieri: quia deus non permitteret: argumen. ī. eod. a recta. et cap. pudenda.

Eccl'iaȝ Romanā non permittet de⁹ errare.

a ¶ Petri.a contrario ſenſu:arg.di.xcvj. ſi imperator. xj.q.iij.imperatores.
b ¶ In iude.Si duo enim contraria inter ſe non cōueniunt:nec eorum contraria inter ſe conueniunt: vt nota. xxxij.diſtinc.hoſpitiolum.

N On turbat. ¶ Caſus Legitur in euangelio ꝙ ante paſſionem chriſti omnes diſcipuli ſimul erant in nauicula quadam ſuper mare cum iuda proditore: ⁊ tūc fact⁹ eſt vent⁹ validus,⁊ nauicula cepit fere periclitari. ſed chriſtus precepit ventis et mari vt quieſcerēt. poſt paſſionē chriſti nauigabat petrus in quadā nauicula ſine iuda:et illa nullā turbationē paſſa eſt. In vtraq; igitur petrus erat: ſ; qui ſuis meritis firmus erat,turbabatur ex alienis. Unde vitandi ſunt perfidi et proditores, ne poſſum⁹ fluctuare ꝑ ipſos. Nō turbat ergo nauis in qua ſola erat ꝓudentia , ⁊ perfidia aberat,⁊ fides abūdabat. quare etſi

Lu.v. alijs apoſtolis imperatur vt laxent retia ſua:ſoli tñ petro (per quē eccl'ia deſignatur ) dictū fuit vt retia ſua ducat in altum: quod eſt videre altitudinē diuitiarū:⁊ ſcire filiū dei. Is, ſcilicet petrus.
c ¶ Que petrum. Sine iuda.i.bonos tantum,id eſt eccleſia triumphans , vbi non erit luctus neq; clamor. xxxv. diſt.eccleſie.
d ¶ Que iudā.i. ante paſſionem etiam cum petro.i.malos cum bonis : de qua intelligitur contrarium.j.q.iiij.§.vlt.ꝟ.item.

ergo hoc in eccleſia fit, Petr⁹ qñ claues accepit eccleſiā ſancta ſignificauit. Si ergo in ꝑſona Petri[a] ſignificati ſunt in eccleſia boni:⁊ in Iude[b] ꝑſona ſignificati ſunt mali in eccl'ia.
I tē Ambro.ſuper Marcū.

¶ Suis meritis firmus,nonnunq; turbatur alienis.

N On turbatꝛ nauis q̄ petrū[c] h;:turbatꝛ illa que Iudam[d] habet.etſi multa illic diſcipuloꝝ merita nauigabāt, tamē adhuc eā ꝓditoris perfidia agitabat. In vtraq; petr⁹, ſed qui ſuis meritis firm⁹ eſt, turbatur[e] alienis. Caueamus igitur perfidum, caueam⁹ ꝓditorem,ne per vnum fluctuemus plurimi[f]. Ergo non turbatur hec nauis in qua prouidētia nauigat,abeſt perfidia, fides ſuperat. Quēadmodu; enī turbari poterat cui preerat is in quo firmamentū eccleſie eſt? Illic ergo turbatio vbi modica fides : ibi ſecuritas , vbi perfecta dilectio. Deniq; etſi alijs imperatur vt laxent retia ſua,ſoli[g] tñ Petro dr: Duc in altū.hoc eſt in ꝓfundū diſputationū.qd enī tam altū q̄ altitudinē diuitiarū videre.i.ſcire dei filiū,⁊ ꝓfeſſionē[h] diuine generationis aſſumere? quā licet mens nequeat[i] humana plene rationis inueſtigatione cōprehēdere,fidei tamē plenitudo[k] complectitur. I dem.

¶ Solus Petr⁹ accepit man datū vt hamo piſcē caperet.

E St aliō aplicū piſcandi genus,quo genere ſolū Petrum piſcari dñs iubet,dicēs:Mitte hamū[l],⁊ eum piſcē qui prim⁹ aſcēderit,tolle.
I tem Lucius papa omnib⁹ epiſcopis.

¶ Nulla ꝑturbatio a tramite aplice ſedis retrahat,q̄ omnes hereſes ſemper deſtruxit.

A Recta ergo fide ⁊ apoſtolico tramite propter vllā perturbationē nolite recedere,ſciētes quoniā iuxta ſaluatoris ſententiā:Beati ſunt q̄ ꝑſecutionē patiuntur ꝓpter iuſtitiam.Hec eſt apoſtoloꝝ viua traditio,hec vera charitas que predicanda eſt,⁊ precipue diligēda ac fouēda,atq; fiducialiter ab omnibus tenēda.hec ſancta et aplica mater oīm eccl'iarū Chriſti eccl'ia,q̄ ꝑ dei oīpotētis gratiā a tramite aplice traditionis nūq; errare ꝓbatꝛ:nec hereticis nouitatib⁹[m] deprauāda ſuccubuit,ſ; vt in exordio normā fidei chriſtiane percepit ab authoribus ſuis aploꝝ Chriſti principib⁹, illibata fide tenus manet.
I tem Sixtus papa.

¶ Fides Romane eccl'ie oēm hereſim deſtruit,nullā fouet.

M Emor ſum me ſub illi⁹ noie eccl'ie ꝑſidere cui⁹ cōfeſſio[n] a dño[o] Ieſu Chriſto glorificata eſt:cui⁹ et fides nullā hereſim fouet vnq;:ſed oēs q̄-

i ¶ Nequeat.iuxta illō : Generationē hāc q̄s enarrabit? ſ.proxi.cauſa.qō.iiij.de tyrijs quod de eterna et temporali congrue intelligitur.
k ¶ Plenitudo.de conſe.diſt.ij.tribus.
E St aliud.¶ Caſ⁹. Supra ꝓxi.ca. dictū eſt ꝙ petr⁹ et alij piſcati ſunt cū retib⁹. Nunc vero dicit ꝙ ſoli petro ꝓcepit vt cū hamo piſcaretur.
l ¶ Hamū.ꝑ hamū intellige iuriſdictionem qua petrus ꝓfuit alijs: q; hamo.i.ferro reſecantur putride carnes.lxxxij.diſt. plurimos.in fi. et ideo ſolus petrus piſcatur hoc genere piſcandi. ipſe enī h; poteſtatē ligādi atq; ſoluēdi ꝑ alijs. per rete enī intelligitur inquiſitio ſapiētie.de his clauibus dr.xx.di.c.j.
A Recta ergo fide.¶ Caſ⁹. Quidā epi patiebātur maximā tribulationē ab hereticis ita vt fluctuare viderētur. Precepit ergo Lucius eis ne a via recta, vel a fide et aplico tramite recedant: q; vera aploꝝ traditio eſt ⁊ vera charitas quam romana tenet eccleſia. Hec mater eſt oim eccleſiaꝝ:que nūq; errat, nec vllis hereticis nouitatibus dānatꝛ. Principib⁹ ſ. Petro et Paulo.
m ¶ Nouitatib⁹. q̄ro de qua eccl'ia intelligas qō hic dr q̄ nō poſſit errare? ſi de ipſo papa qui eccleſia dr.ſ.e.qō cunq;.⁊.vij.q.j.ſcire debes?ſed certū eſt ꝙ papa errare pōt.xix.di. anaſtaſius.xl.di.ſi papa. Rn̄. ipſa cōgregatio fideliū hic dr eccleſia:vt de cōſe.di.j.eccl'ia. ⁊ talis eccl'ia nō pōt non eſſe: vt.ſ.e.pudēda.nā ipſe dñs orat ꝓ eccl'ia.xxj.diſt.§.j.ver. ego ꝓ te.⁊ volūtate labioꝝ ſuoꝝ nō fraudabitur.
M Emor ſum.¶ Caſ⁹. Profitetꝛ ſixt⁹ ſe ſub fide ⁊ noie petri ꝑſidere:cui⁹ fides a dño eſt manifeſtata:q̄ fides hereſes non fouet,ſed deſtruit:cui cauſe,ſc; deſtructioni hereticoꝝ oēs conatus ſuos impendere cupit.
n ¶ Confeſſio.tu es chriſtus filius dei viui.
o ¶ A dño,dicēte: Tu es petr⁹ ⁊c. xix.diſt.ita dñs.

e ¶ Turbatꝛ.que ſignificat eccleſiam militantem.
f ¶ Plurimi.ſ.j.q.iiij.§.item peccato achor.ſ. xlv.diſtin.ſed illud.j.de cōſe.diſt.j.in ſancta.ff.de edil.edic.plerunq;.C.de pe.ſancimus.
g ¶ Soli.ar.ꝙ queſtio fidei ⁊c.j.e.quotiens.
h ¶ Profeſſionē.cū dixit:Tu es Chriſt⁹ fili⁹ dei viui.

Mat. xvij.d.
Petr⁹ prefuit alijs in iuriſdictione.
Dūc dictū ē, tibi dabo claues regni celorum ⁊c. xxj.diſ. i nouo. Mat. v.a.
eccl'ia ſi pōt errare:de q̄ eccleſia intelligitur.
vt.xx. diſt.q̄uis.xxij.di.ſacroſcā.

a Quotiens. ¶ Fidei. ſic. xvj. q̃. j. frater noſter. xij. diſtin. preceptis. xxiij. q. vlt. couenior. ꝫ. diſ. lxxx. ca. ij. contra. Sed aliud eſt queſtionē de fide motam terminare (quod nulli preterꝗ romane ſedi permittitur: ſicut hic dicitur) aliud eſt ipſam ſine definitione ventilare: qḋ patriarche primates facere poſſunt, vt ibi continetur. ſi. iij. q. vj. accuſatus. et vt ibi aliter accipitur. et ex pone agitare in fide, id eſt fideliť agitare.

Pape ē terminare q̃ſtionē de fide motam.

b ¶ Niſi ad petrū. videť cōtra ex de heret. ad abolēdā. ꝫ. ad hoc de epiſcopali. nāibi inuitur ꝙ illi ſunt vitādi tanꝗ heretici, quos epi vitandos dixerūt. Sed dic ꝙ illud intelligēdum eſt qñ tale quid dicūt qḋ certū eſt eſſe hereſim. hic ꝯo vbi dubium eſt. ex e. cum chriſtus.

c ¶ Officiū nři. Diſſimulare. Eſt diſſimulatio pia: vt. xxij. q̃. e ij. vtilem. ff. de doli exceptio. l. ij. ꝫ. iij. eſt pernicioſa: vt xxij. q̃. e. v. cauete. diſcreta: vt. xxiij. queſtione. iiij. quidam cum bonorū deteſtabilis: vt hic.

Diſſimulatio eſt multiplex.

d ¶ Tacere. taciturnitas ē magnū vitium in papa: vt xl. diſt. ſi papa.

Hec eſt. ¶ Caſus. Quidaz infamabant Hieronymo de hereſi: quare Hieronymus ſcripſit pape fidem quam tenet: et dicit ꝙ ſi papa eius fidē approbauerit: quicūꝗ eū culpare voluerit, nō catholicꝰ ſed hereticꝰ reputabitur: et rogat eū vt ſi in cōfeſſione ſue fidei aliqḋ minus caute vel minus perite dixerit, emendetur per ipſum. In fine dicit ꝙ romana eccleſia omni tempore firma et immobilis permanebit.

dem hereſes deſtruit. intelligo autem mihi aliter nō licere ꝗ vt oēs conatus meos ei cauſe in qua vniuerſalis eccleſie ſalus infeſtatur, impendam.

Item Euſebius papa.

¶ Nullis hereſibus romana ſuccubuit eccleſia.

In ſede apřica extra maculā ſp eſt catholica ſeruata religio. Itē Innoc. pa.

¶ Ad romanā ꝯferať eccřiaz quotiens ratio fidei ventilať.

Quotiēs ratio fidei[a] vētilať, arbitror oēs fratres et coepos noſtros nō niſi ad petrū[b]. i. ſui nominis et honoris authoritatē referre debere: veluti nūc retulit veſtra dilectio qḋ per totū mundum poſſit eccleſijs oībus ꝓdeſſe.

Item Julius papa.

¶ Chriſtiane religionis zelum romana eccleſia pre ceteris habuit.

Officij nři cōſideratione non eſt nobis diſſimulare[c] nō eſt tacere[d] libertas: qbꝰ maior cunctis chriſtiane religionis zelus incumbit.

Item Hiero. ad Damaſum.

¶ Alioꝝ oīa non timet fides quē romana cōmēdat eccřia.

Hec eſt fides[e] papa beatiſſime, quā in catholica[f] didicimus eccleſia: quāꝗ ſemper tenuimus: in qua ſi minus perite aut parū caute forte aliquid poſitū eſt, emēdari[g] cupimus a te, qui petri ſedē et fidem tenes. ſi autem hec noſtra confeſſio apoſtolatus tui iudicio cōprobatur[h]: quicūꝗ me culpare voluerit, ſe imperitum vel maleuolū vel etiā nō catholicum ſed hereticū comprobabit[i]. Itē ſancta romana eccleſia que ſemp immaculata permanſit, dño prouidente, et beato apřo petro opē ferente, in futuro manebit ſine vlla hereticorū inſultatione[k], atꝗ firma et immobilis omni tēpore perſiſtet. Item Marcellꝰ papa vniuerſis epis per Antiochiam conſtitutis.

¶ Aliud ꝗ rōana eccřia neꝗ ſentire neꝗ velle ꝑmittitur.

Rogamus vos fratres dilectiſſimi vt nō aliud doceatis neꝗ ſentiatis, ꝗ qḋ a beato petro et reliquis apoſtolis ⁊ patribꝰ accepiſtis. ipſe enim eſt caput totius eccleſie, cui ait dñs. Tu es petrꝰ: et ſuper hanc petram edificabo eccleſiā meā. eiꝰ em̃ ſedes primitus[l] apḋ vos fuit, q̃ poſtea iubēte dño romā trāſlata[m] eſt: cui (adminiculāte gřa diuina) hodierna preſidemꝰ die. ſi vero veſtra antiochena, q̃ olim[n] prima erat, romāe ceſſit ſedi[o] nulla eſt, q̃ eiꝰ non ſit ſubiecta ditioni: nec ab eiꝰ diſpoſitione vos deuiare opꝫ[p], ad quā cuncta maiora eccleſiaſtica negocia (diuina diſponente gratia) iuſſa ſūt referri: vt ab ea regulariter diſponātur, a qua ſumpſere principia. Itē Leo pa. Dioſcoro epo Alexandrino.

e ¶ Fides. Quam profeſſi ſumus nos tenere: vt in alia parte. c. que non eſt hic.

f ¶ Quā in catholica. arg. xciij. diſt. qui cathedram.

g ¶ Emendari. ⁊ ita licet quis erret, ſi tamen paratus eſt corrigi, non eſt hereticus: vt. j. e. aperte. † al's dubius in fide ⁊c̃. extra de hereti. c. j.

Ad idē. e. ſ. iij. di: ſtinc. c. xv. nec: ſcia.

h ¶ Comprobatur. Quia qḋ papa approbat, non licet alij reprobare: arg. l. di. ſi ille. xxij. di. omnes, xxxv. q̃. ix. veniam. arg. xix. diſt. ſi romanorum.

i ¶ Comprobabit. ar. cōtra theologos qui negāt Chriſtū aliqd eſſe ꝭmꝙ homo cōtra ſniam Alex. ex de heř. cū Chriſtus. Itē ar. ꝙ ꝑpter ſolum dictum cēſetur quis hereticus. † Jo.

Chriſtꝰ eſt aliqd ꝭm ꝙ homo.

† Hoc ideo q̃a neo exiſtimandus eſt dixiſſe qḋ mente non agitauit. ff. ḋ ſu. le. l. labeo. ſi tñ parató eſt emēdare: ſecꝰ. ex ḋ hereti. ad abolendam. et no. ꝫ. e. in glo. ⁊ ita. ar.

k ¶ Inſultatiōe. ſcꝫ preualente: al's falſum eſſet, cum quotidie inſultent. et eſt ſi. de conſe. di ſtin. iiij. c. ij. ver. cū qua pugnent.

Rogamus. ¶ Caſus. Epi per Antiochiā conſtituti, a diſpoſitione romane eccleſie deuiabāt in doctrina ⁊ qbuſdā alijs. q̃re Marcelius papa ſcribit oībꝰ illis epis vt aliḋ nō doceāt ꝗ acceperunt a petro apřo ⁊ reliquis ſctis patribꝰ: nec recedant a diſpoſitione eccřie romane. nam licet petri principatꝰ olim apud Antiochiam fuerit, tñ deo iubēte romā eſt tranſlatus, vbi caput eſt totius eccleſie.

Mat. xvj. c.

l ¶ Primitꝰ. j. de cōſe. di. j. baſilicas. ꝫ. xj. diſti. nolite. ꝫ. xij. di. nouit. cōtra. ꝫ. xxij. di. ſacroſancta. ꝫ. xxj. diſtic. quinus. ꝯtra. ſed ibi ḋr prima. i. maior: vel prima q̃ hodie prima inter alias numeratur. xxij. diſt. renouantes.

m ¶ Tranſlata. vt. ꝫ. vij. q. j. mutationes.

n ¶ Que olim. cū petrꝰ ibi reſidebat.

o ¶ Sedi. arg. qḋ in maioribus concediť, fortiꝰ in minoribus locū habere. xvj. q. ij. c. j. ꝫ. di. xiiij. in noie. Nam ſi vinco vincentem te, ergo ⁊ te ⁊c̃. ff. ḋ diuer. ⁊ tēp. ꝓſcri. l. vl. et eſt h̃ ar. ꝙ ſi papa ſubijcit ſibi aliquā eccleſiā, ⁊ per ꝯñs oēs capellas illius ſubijcit ſibi: ar. xvj. q. j. frater noſter: qḋ nō eſt verū: vt ex de priui. cū capella. ar. ꝯ. ff. q̃ po. in pig. claudius felix. Et eſt hic ar. ꝯ grecos q̃ pape nō bene obediunt.

Si vinco vincētē te, vico te.

Greci nō obediūt pape.

p ¶ Oportet. in fide, nam al's ſic, xij. diſt. nouit. Jo.

Cum btiſſim⁹. ¶ Caſus. Dioſcorus Alexandrinus patriarcha aſſerebat de duab⁹ naturis.ſ.deitatis et humanitatis vnā eſſe factā in xp̄o: ⁊ dicebat hanc doctrinā deſcēdiſſe a Marco diſcipulo Petri. Scribit marcellin⁹ ep̄s dioſcoro, ⁊ dicit φ nō eſt credendū Marcum euāgeliſtam aliud tradidiſſe, q̄ꝫ qd̄ a magr̄o ſuo pcepit.

g ¶ Condēnat.j.de pe.di.j.ꝟbū.§.xxj.di.inferior.ff.de re iudi.q̄ cōdēnare pōt.hec aūt regula fallit ex̄ de ſentē.excō.tua.⁊ ex̄ de offi.dele.querēti.⁊ qn̄qꝫ pōt quis abſoluere,⁊ non ligare.C.vbi ſena.vel cla.quotiens.

h ¶ Si aūt ad diuinitatē.non eīm paſſa eſt:cum nature dei nēo nocere poſſit.xj.queſtio.iij.ſecundum.

a ¶ Qui Alexandrinā.et eſt arg.φ nō debetis audire magiſtrū niſi q̄ bene ſciat:cū id predicare debeat,et non ex proprio ingenio aliqua inuenire.xxxvij.diſt.relatū.ſic et Caſſius opinionē magiſtri ſui bene defendebat:vt.ff.de arbi.qualem.⁊ dic alijs,i.cōtrarijs.⁊ ita nō eſt cōtra.xij.di.nouit.nam etiā alias conſuetudies habere poſſum⁹ niſi ſpāliter phiberet ro.eccle.de aliq.de cōſe.di.j.baſilicas.Jo.

Luce xxij.c. S ¶ J Petrus. ¶ Caſ⁹. Quidam heretici dicebāt diuinitatē fuiſſe paſſam:quibus q: auricula cordis mali itellectus eſt ſublata,nec credere volūt,ideo ſane doctrine eſt eis auferēda auricula exterior,ſcilꝫ ne inter catholicos audiantur donec ad eccleſiā reuertantur:et hoc pbat exemplo Petri,qui exteriorem auriculam ſerui ſuo dn̄o in malo obedientis amputauit,et poſtea pi⁹ dn̄s ei refudit auditum. et ecō tra.l.eius eſt nolle.ff de ꝟbo.ſigni.

¶ Alexandrine eccleſie a romana diſſentire non licet.

C Um btiſſimus Petrus apl̄us a dn̄o acceperit principatū,⁊ romana eccl̄ia in ei⁹ pmaneat inſtitutꝫ:nephas eſt credere φ ſctūs ep̄us diſcipulus illi⁹ Marcus q̄ Alexādrinā[a] primus eccleſiā gubernauit,alijs regulis ⁊ traditionibus ſua decreta firmauerit:cū ſine dubio de eodem fonte gr̄e vn⁹ ſpūs ⁊ diſcipuli fuerit et magiſtri:nec aliud ordinatus tradere potuit,q̄ꝫ qd̄ ab ordinatore ſuſcepit.

Item Gregorius papa.

¶ Profeſſione ſue fidei aurē erroꝝ romana abſcidit eccl̄ia.

S J petr⁹[b] volēs[c] pcuſſit aurē,docuit φ aurez in ſpecie hr̄e non deberent[d],quā in miniſterio non habebāt.ſed bon⁹ dn̄s et ipſe refudit auditū,ſm̄ pphetica dicta demonſtrās ⁊ ipſos[e] (ſi ꝯuertanť) poſſe ſanari,qui in paſſiōe chriſti vulnerati ſunt:eo φ[f] om̄e peccatū in miniſterio fidei abluatur. Tollit ergo Petrus aurem. Quare Petr⁹?quia ipſe eſt q̄ accepit claues regni celorū. Jlle enim cōdēnat[g],qui ⁊ abſoluit: quoniā ligādi atqꝫ ſoluendi idē adeptus eſt poteſtatē. Tollit autē aurem male audiētis:tollit gladio ſpiritua li:aurē interiorem male intelligentis. Caueamus ne cui tollatur auricula dū legitur paſſio dn̄i.Si aūt ad diuinitatē[h] eius referim⁹ infirmitatē corporee paſſionis,exciditur auricula,⁊ excidit[i] a Petro:q̄ nō paſſus eſt xp̄m pphetā[k] eſtimari:ſed dei filium docuit fideli confeſſione[l] ſignari.

Item Cyprianus papa.

¶ Extra vnitatē ſancte eccleſie ſpūſſanctus nō accipitur.

L Oquiť[m] dn̄s ad petrū Ego dico tibi quia tu es[n] petrus,⁊ ſup hanc petrā[o] edificabo eccleſiā meaꝫ.ſuper vnū[p] edificat eccleſiā:et q̄ꝫuis apl̄is oib⁹ poſt reſurrectionē ſuā parē ptātē tribuat ⁊ dicat Sicut miſit me pr̄,et ego mitto vos,accipite ſpm̄ ſanctū:tn̄ vt vnitatē manifeſtaret,vnitatis eiuſdē originē ab vno incipientē authoritate ſua diſpoſuit.hoc vtiqꝫ erāt ceteri apl̄i qd̄ Petr⁹ fuit,pari[q] ꝯſortio p̄diti ⁊ honoris ⁊ ptātꝫ:ſꝫ exordiū ab vnitate pficiſciť:vt eccleſia chr̄i vna monſtreť:quā vnam eccleſiā in cātico quoqꝫ canticoꝝ ſpiritusſctūs ex pſona chriſti dn̄i deſignat dicēs:

i ¶ Excidiť.i.dꝫ abſcindi:vt.j.qō.j.§.cur ergo.

k ¶ Prophetā.i.purū in hominē.

l ¶ Cōfeſſione.⁊ hoc cuꝫ dixit,tu es xp̄s fili⁹ dei viui.

L Oquiť.¶ Caſus. Hoc ca. diuiditur in duas ptes. Jn prima dr̄ φ xp̄s poſt paſſionem ſuaꝫ lꝫ oibus apl̄is parem dederit ptātem,Petrū tn̄ oib⁹ preeſſe voluit,vt ab vno ſtipite ſortireť eccl̄ia vnitatē et originē. Et hoc probat Cyprian⁹ duabus authoritatib⁹.ſ.Salomonis et Pauli. Jn ſcd̄a pte dr̄ φ licet eccl̄ia ſit vna,⁊ ep̄atus vnus:tn̄ in mēbroꝝ multitudine p mūdū lati⁹ extēditur:ſicut ab vna radice mlti ramuſculi producuntur,et ab vno fōte riuuli plurimi porriguntur. Ab vnitate ergo eccleſie ſi quis ſeparatur,fructū boni operis germinare nō pōt ad iſtar radij rami et riuuli:q̄ ſi a ſole et ab arbore et a fonte diuellātur,euaneſcunt. Secunda ibi:Ep̄atus vnus. Mat.xvj.c. Joan.xx.c.

dituim.et quia Petrus aurem abſtulit,datur intelligi φ ipſe poteſtatem habet ligandi et ſoluendi,et eccleſia per ipſum. Jnfirmitatem corporee paſſionis:quia quicquid infirmitatis deo attribuiť,humanitati eſt attribuendū.

b ¶ Si Petrus. Caſus tangit φ Petrus in paſſiōe dn̄i abſcidit auriculā Malchi,⁊ dn̄s eā reſtituit ſibi.per hoc no.φ male intelligēti auris ſpūal'r eſt per Petrū abſcindenda.ipſe eīm hꝫ ptātem ligādi ⁊ ſoluēdi. Not.etiā φ ſi conuertantur tales:dn̄s refundet eis auditum. Petr⁹ malchi aurem abſcidit.

c ¶ Uolens.q.d.ex propoſito,non caſu.

d ¶ Non deberēt.q: auris exterior ſigt̄ interiorē aurē quā ipſi nō habebāt:⁊ iō dicit,nō habebāt in miniſterio.

e ¶ Et ipſos.q̄ xp̄m crucifixerūt.de pe.diſt.j.piculoſe.

f ¶ Eo φ.§.xix.diſt.ſi romanorum.j.de peni.diſtin.iij.adhuc perfidi inſtant.

m ¶ Loquiť.probat eccleſiā eſſe vnam:q: dn̄s vt eccl̄ie ſignificaret vnitatē,dixit ſuper vnū eā ſe edificaturū dicens:Ego dico tibi q: tu es pe.⁊c̄. Scd̄o pbat illa auctē Salomonis in pſona dn̄i loquētis:Una eſt colūba mea. Tertio auctē Pauli dicētis:Unū eſt corp⁹,vnus ſpūs,vna fides,vnū baptiſma ⁊c.poſtea cōparat eam ſoli,arbori,fōti.Ultio dr̄ φ ſi q̄s nō tenuerit hāc vnitatē,fructū nō poterit facere,ſꝫ areſcet ſicut ram⁹ pciſus ab arbore.

n ¶ Quia tu es. Supra diſt.l.fidelior.

o ¶ Petram.i.ſuper tue fidei ſoliditatem.

p ¶ Super vnum. Quia vbi pluralitas,ibi diſcordia. Diſcordia.l. de peni.diſtin.ij.quando Adam.

q ¶ Pari.§.diſtin.xxj.in nouo.§.ij.q.vij.puto.§.puto pluraliter verū eſſe φ pares fuerūt in ordine ⁊ dignitate conſecrationis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tionis,ſecus in adminiſtrationis plenitudine, que ſatis differt ab alijs: quod liquet ex illo capi.xxv.diſtin.perlectis.et diſtin.lxxx.in illis.
a ¶ Una eſt.j.de conſe.diſt.iiij.aliud.i.vnica eſt.
b ¶ Matris ſue.i.eccl'ie cuius mater ⁊ genitrix ⁊ pater genitor eſt de⁹.Ul' dic matris.ſ.eccl'ie triumphantis.

quā dn̄s ſuos diſcipulos h̄re voluit,⁊ alios ſuo noie congregatos:quod probat authoritate euangelij.
o ¶ Alienus. Caſus. In pma pte dr q̄ nō pōt deū h̄re patrē q̄ eccl'ie nō tz vnitatē. In.ij.pte pbat eccl'iam eſſe vnam auc̄te dn̄i dicētis.Si duo ex vobis cōuenerint ⁊c̄.

Cāti. vj.c.

Una eſt[a] columba mea:perfecta mea: vna eſt matris ſue[b], electa genitricis ſue. Hanc eccleſie vnitatē et beatus Paulus apl'us docet:et ſacr'm vnitatis oſtēdit,dicēs: Unū corpus[c],et vnus[d] ſpiritus,et vna ſpes[e] vocatiōis noſtre:vnus[f] dn̄s, vna fides, vnum baptiſma[g], vnus de⁹. Quā vnitatē tenere firmiter et vendicare debem⁹: maxime nos ep̄i qui in eccleſia dei preſidemus[h]:vt ep̄atum[i] quoqȝ ip̄m vnū atqȝ indiuiſū probem⁹. Nemo fraternitatem fallat, nemo fidei veritatem perfida preuaricatione corrumpat. ¶ Ep̄atus vnus eſt cui⁹ ſingularis inſolidum[k] pars tenetur:et eccleſia vna eſt que in multitudinē latius incremento fecunditatis extendit̄:q̄uo multi radij ſunt ſed vnū lumē:et rami arboris multi ſunt,ſȝ robur vnū radice tenaci fundatum:et q̄uo de fonte vno riui plurimi defluūt ⁊ numeroſitas licet diffuſa videatur exundantis copie largitate,vnitas[l] tn̄ ſeruat̄ integra in origine. Auelle radium ſolis a corpore:diuiſionē vnitas nō capit. Ab arbore frange ramū:fructus[m] germinare nō poterit. A fonte preſcinde riuum,preſciſſus areſcit. Sic et eccleſia dn̄i luce pfuſa, per totum[n] orbē radios ſuos porrigit:vnum tn̄ eſt qd̄ vbiqȝ diffundit̄:nec vnitas corporis ſeparat̄.ramos ſuos per vniuerſum orbē copia vbertatis extēdit:pfluentes largit̄ riuos: ramos latius expādit:vnū tn̄ caput eſt,et vna origo,et vna mater copioſe fecunditatis. Adulterari non poteſt ſponſa chriſti:incorrupta eſt et pudica. Unā domū nouit:vnius cubili ſanctitatem in caſto pudore cuſtodit. Idem.

¶ Non h̄z deū patrē vniuerſalis eccl'ie relinquēs vnitatē.

Alienus[o] eſt, pphan⁹ eſt,hoſtis eſt, h̄re non pōt deū patrē,qui vniuerſalis eccleſie non tenet vnitatem.

Item dn̄s cuȝ diſcipulis ſuis ait vt vnanimitateȝ ſuaderet et pacē. Dico(inquit)vobis qr ſi duo ex vobis cōuenerint in terra,de omni re q̄cūqȝ petieritis in noīe meo,cōtingēt vobis a patre meo qui i celis eſt. Ubicūqȝ[p] em̄ fuerint duo aut tres collecti in noīe meo: ego cū his ſum. Oſtendit nō multitudini[q],ſed vnanimitati deprecantium plurimum tribui. Si duo(inq̄t)ex vobis cōuenerint in terra ⁊c. vnanimitateȝ prius poſuit:concordiā pacis ante p̄miſit.vt conueniat[r] nobis et fidel'r ⁊ firmiter docuit. Q̄uo aūt pōt ipſe cum aliquo cōuenire,q̄ cū corpe ipſius eccleſie et cū vniuerſa fraternitate nō cōuenit: Q̄uo autem pn̄t duo vel tres i noīe chriſti colligi,quos cōſtat a chriſto ⁊ eius euangelio ſeparari:

Item Hieronymus.

¶ Ligandi ⁊ ſoluēdi non habet poteſtatem qui vnitatem eccleſie catholice non tenet.

